



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv Doctoribvs Reseratvs

Escobar y Mendoza, Antonio de


Lvgdvni, 1659

Cap. I. De Emphyteusis conditionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41066

43. Si uxor se obligasset, tenetur ne post mortem viri suam locacioni per virum facta? Tenetur auctore Molina, non autem si sese non obligasset specialiter post viri obitum.

44. Potest ne res spiritualis conducere? Ipso iure esse nullam Tolet. Toletus affirmat.




EXAMEN X.

De Iustitia & iure, circa materiam quintam de Contractibus onerosis, scilicet, de Emphyteusi.

CAPVT PRIMVM.

De Emphyteusis conditionibus.

1. *insitionem*  Vid significat hoc vocabulum, Emphyteusis? Significat *insitionem*, propterea quod res, quae in Emphyteusim datur, melior reddenda sit arborum insitione, & cultura.

2. Quid est igitur Emphyteusis? Contractus, quo res immobilis conceditur alteri quoad dominium, cum obligatione soluendi pensionem statutis temporibus domino *utile proprietatis* hereditaria, ea de causa.

3. Quotuplex est? Multiplex quidem, Noua & Verus: hereditaria, & non hereditaria: Ecclesiastica, & secularis.

4. Quinam possunt in Emphyteusim dare? Generatim possunt omnes qui possunt alienare. Pupillus ne? Absque tutore non potest, vt neque absque curatore minor. An Emphyteusim Ecclesiae Pralatus? Ille minimè, hic autem etiam prohibetur nisi ab antiquo dari solita, interueniente iusta causa, & debita solemnitate.

5. Quinam autem possunt in Emphyteusim accipere? Omnes quidem possunt, nisi iure sint impediti.

6. Quanam res in Emphyteusim non dantur? Nec mobilia, nec annui redditus, nec res aliena, nec pertinentia ad mensam Episcopi.

7. Emphyteusis exprime substantialia? Duo quidem sunt. Vnum, vt rei proprietates manet penes dominum, translatio vtili in Emphyteutam. Alterum, vt res, in qua constituitur Emphyteusis, immobilis sit, & res solita *solidam*

8. Quanam